



4906. III. S. 2. 25.

- 4909

4910

5769 - 51, 5921

5922

20834 - 38.

R

20808

Agro.

QUESTIONES PUTILES IN ARIST. POSTERI

ORA: CRUDITIOE REFFERTISSIMA: PER CONRADU: PSCHLACHER:  
ARTIUM PROFESSOREM AC THEOLOGIE BACCAUREU:  
(PRO NON MEDIOCRI STUDIOSORUM FRUGE)  
LICULENTER CONCESTE.

ADDITA EST IN OBLIGATIONES & IN  
SOLUBILIA COMPENDIARIA INTRODUCTIO.

VADIANVS LOGICAЕ STUDIOSIS.

Quo mage culta tibi logicae documenta placerent  
Conradi effecit sueta labore manus.  
Aedita nam nuper, rursum præcepta pererrans  
Addidit inuentis quæ latuere prius.  
Idcirco ut nusq; meritis sua præmia desint,  
Est iterum docto gratia habenda uiro.)

E

# Reuerēdo in christo p̄ū ac dñō : dñō

Ioáni Lindenlaub, Abbatii Runensi, generali ordinis  
Cisterciensiu Cōmissario. CONradus Pschlacher  
fœlicitatem optat & se cōmendat.

NON indignū duxi (Reuerēde gratiose pater) pro tuis in  
me officiis meaꝝ lucubrationū quicq; ad tuā. R.P. mittere  
p̄spicue enī noui tuā integritatē, animi constantiā, ac rerū  
oīm peritiā, taceo sanctimoniā, singularē prudentiā, & re-  
liquas insignes tuas uirtutes, quibus effectū est, ut Cisterci-  
ensiū reuerēdissimus te unū e multis delegerit i generalē  
ordinis cōmissarium, tibi uni singula Cisterciensiū mode-  
ramina cōmiserit. Quomq; felici tua administratiōe multa  
p̄clara gesseris inter reliqua tñ hoc unicū percelebre tuū  
nomen posteritati cōmendabit q; Viennēse Cisterciensiū  
collegiū certis annis solutū restauraueris singulareq; oīm  
literarum domiciliū Cisterciēsibus effeceris. Quare & ego  
tuꝝ. R.P. tanq; precipuo litteratoꝝ oīm patrono libellū  
in Arist. Posteriora (meo uidere) nō ineruditū uigili cura.  
per me congestū offero ac dedico, me etiā tuꝝ R.P. recō-  
mēdo, tuamq; R.P. perbelle ualere cupio.

CONradus Pschlacher Artiū p̄fessor. Studioso.

QVOM ego (studiose lector) in tract. Pe. His. & Marsiliī lo-  
gicam cōmentaria (iam pridē congesta) diligēti limatione  
recognosceré documētisq; plurimis, nouis etiā quottatio-  
nibus, omni ex parte illustrarē. Aniāduerti quempā facile  
totius dialectices summam nauare posse si dictis logices  
tract. fructuosa ac pacuta Aristotelis in posterioribus  
documēta essent apposita. Quare cū nō nobis solū nati sim⁹  
publice ut consulerem utilitati dicta in Aristo. Posteriora  
(omni doctrina refferta) nō paruo sudore, p̄gessi questiōes  
(sentetia mea) perutiles, etiā nō incōmoda breuitate cō-  
textas, Aristotelico textui correspōdentes. Quibus pro to-  
tius dialectices cōplemento, addidi per breuē in obligatio-  
nes, & Insolubilia introductionē, ita ut nimirū hoc in cō-  
pendiario logices opusculo nihil quod ad uere dialecticæ  
normam attinet uideatur neglectum.

W=030006716

# Liber primus Posteriorum.

210.

## Questio prima.



De Syllogismo demonstrativo (tanq; de subiecto) sit scientia lib. analyticorum posteriorum Aristotelis.

Videtur q; non. Quia de subiecto scientie presupponit q; est. et q; quid est. Sed de syllogismo demonstrativo no presupponit quid est: sicutur syllogismus demonstratus no est subiectum huius scientie maior et minor habent. I. butus quest. 5. et. 8. vbi Arist. duas demonstrationis distinctiones ponit: ideo videt quid est de syllogismo demonstrativo no presupponere.

Cetera questionem obicitur.

In oppositu. Est communis auctorum sententia. Et signanter Linconiensis in huius principio inquit. Intentio Aristotelis in isto libro est interrogare et manifestare demonstrationis essentialia. Quia ppter in scientia tradita in libro isto est demonstratio genus subiectum. In ista questione incidentaliter no diceretur de distinctionibus Syllogismi demonstrativi: de quibus habebitur infra quest. 8. Quid vero sit subiectum et quot casis modis. Vide in principio dialectice sol. 2. Tamen ante huius questionis solutionem vnu babes notabile iuncto uno corolario.

Linco.

Scientia de syllogismo est duplex.

Resolutoria sine inductione. Que docet syllogismum reducere in sua principia. sicut est scientia lib. Priorum et Posteriorum. Resolutio enim syllogismi in sua principia est duplex. scz.

Consequētie. Quia resolutio syllogismus in sua principia sibi convenientia ratione illationis ut in terminos et propositiones. De hac resolutoria scientia agitur in lib. Priorum. Posteriorum.

Consequētis. Quia resolutio sequens necessarii in sua principia necessaria ppter quoz necessitatē ipsi sequens est necessarii. De hac resolutoria scientia in presenti scientia lib. Posteriorum agitur.

De duplice scia invenientia. Tata. 1. quest. 3. not. 1. Top.

Ad dicta sequent resolutio sequentis esse posteriorem resolutio sequentie: quia ubiuncq; est resolutio sequentis ibi est etiam resolutio sequentie: no econtra: ideo etiam liber in quo agitur de resolutione sequentie vocatur liber posteriorum analyticorum. i. priorum resolutionum. Liber vero in quo agitur de resolutione sequentis vocat liber Posteriorum analyticorum. i. posteriorum resolutionum analisis grece resolutio latine.

Titulus h<sup>o</sup> libri.

Bases ad qstio.

Ad Questionem respondetur: de syllogismo demonstrativo tanq; de subiecto attributionis est scientia lib. Posteriorum analyticorum Aristotelis. probat conclusio. Quia syllogismus demonstrativus habet

De dyklo. Demonstratio in prī libro facit ppter explicationem resolutionis sequentie. ita que est ppter. Dicitur demonstrationem resolutionis in sua invenientia principia.

Conclu. De dyklo. Demonstratio autem demonstrationem hoc est de probabilitate et de probabilitate et de remissione. non autem de probabilitate ppter quod si dubitato.

De eo fabbris sria De quo fabent dignitatis passio et partes subiectus, vel de  
manipulatione fabrum dignitatis passio et pars subiectus rigit;

## Liber primus

Passio subiecti

Objectionis so-  
luto.

principia scz dignitates: et propositiones immediatas: habet etiam partes: scz demonstrationē uniuersale-particularem: affirmatiā negatiā ostensuam et ad impossible habet etiam passionem de se ipso demonstrabilē: scz genera-  
tium scientie. Vel ut alii dicunt illarum cōsequētis ex antecedētē demo-  
stratiōne: sicut de syllogismo demonstratiōne est scientia tanq; de subiecto etiā  
ut patet per totam subiecti attributionis diffinitionē que habetur in princi-  
pio primi tract. Ide. His. folio. 2.

**C** Ad argumentū dicitur negando minorem. Et ad Arist.  
1. huius dicitur q; ipse de syllogismo demonstratiōne presupponat Quid no-  
minis q; suffici: hoc tamen non obstante Quid rei syllogismi demonstratiōne  
per diffinitiones explicat.

## Quest. secunda.

Doct. et discipl.  
capimus i textu  
noticia celo-  
nis demonstrati-  
o sit ex p̄existēti  
dignitatis p̄missa-  
rum (in Arist)  
pot tu p̄is text  
etiā aliter itelli-  
gi ut habeat in  
clusione q̄stionis

Cōtra q̄stionem  
objicit, duplicit

Mōbile. 1.

Linc.

Omnis doctrina omnisq; disciplina intellectua ex antece-  
denti cognitione fieri solet.

**S** Philosophus suū orditur librū dictam per conclusionē ideo. Quia dic-  
turus de syllogismo sciētē generatiōne prius philosophorū refellit opinōes  
scire ipsum destruētēs: ad quod refutandū dictam assumit conclusionem:  
quā inducētē probat in sciētēs demonstratiōnēs: Dialecticis: et Rhetoricis.  
Unde presenti super p̄clusione sequens mouetur q̄stio.

**C** V. Omnis doctrina et omnis disciplina intellectua ex  
preexistēti fiat cognitione.

**T** idetur q; non. Quia phisice loquendo. vel fieret ex preexistēti cognitione  
intellectua vel sensitua nō primum: quia illa sit ex alia: Et sic est processus  
in infinitum. Nec secundū quia de deo et intelligentiis: et multis alijs habe-  
mus scientiam de quibus tamen nullam habemus noticiam sensituanam.

**S** Etiam logice intelligēdo questionē videtur q; non omnis cognitio cō-  
clutionis fiat ex cognitione premissarū quia (vt prius etiā dictum est) fieret  
et ibi processus in infinitum cum non appareat ubi tamen sit status.

**G** In oppositum est Aristo. qui ad destruēndā Platonicis opinionem (que  
habetur infra quest. 6.) dictam uniuersale assumit conclusionem: pro cuius  
plentori intellectu duo habet notabilia duobus cum corolaris.

**C** Animaduertendū est doctrinā et disciplinā in proposito  
capi pro eodē. s. pro noticia p̄clusione syllogismi demonstratiōni. Et sunt idez  
realiter sed differunt rationēnam dicit doctrina prout p̄cedit a doctore. Et  
eadem cōclusio dicit disciplina prout recipit in discipulū. Unde per nomen  
doctoris Linc. nō solum intelligit vocem que est aptissimū docēdi instru-  
mentū (uxtra illud Plinij) viua vox plus afficit q; mortua pellis. Sed etiā  
illud (in dictū Linc.) vocat doctor a q; principaliter. vel instrumentāliter do-  
ctrina p̄cedit: vt sunt: scriptor. vox. mgf. intellectus: ita em de intellectu agēte  
ingt. Et si verius dicamus: nec qui exteris sonat docet: nec littera scriptura  
exteris visa docet: sed solum mouet hec duo et excitat mentē. Sed verius do-  
ctor est qui interius mentē et intellectū illūminat et veritatem ostendit. Hec Linc.

**I** Nam. Cognitionis sensitiva exterior est p̄ceptus ad interiorum. et dīgnitatis interior est p̄ceptus  
ad intellectuū. Nam intellectuū appetitivū est p̄ceptus ad alij p̄ceptos principiorū. quanto. ad p̄ceptos  
principiorū est p̄ceptus ad notioram gloriosas. et ratiōnēs q̄s una notior ad alia p̄ceptos.

## Posteriorum.

211.

**C**Animaduertendū secūdo. **Q** preexistēs cognitio est pre-  
cedens cognitio ad cuius esse sequit̄ naturaliter esse alterius cognitionis.  
Et phisice loquendo est cognitio sensitua exterior. Sed logice loquendo est  
premissarū cognitio. Et sīm hoc q̄stio duplē habet intellectū: primū phisicū:  
illū. In oīs doct. et dīc. rē. fiat ex preexistēti cognitione. s. sensitua. Secundū  
logici illū. An oīs doct. et dīc. rē. fiat ex persistenti cognitione. i.e. ex premis-  
tarum cognitione. Ex hoc patet prepositionē ex dicta in questione nō dicere  
circūstantiam partis vel subiecti. sed cause efficiētis instrumetalis quoniam  
premissarū cognitio instrumentaliter efficit cōclusionis cognitionem tanq̄z  
dispositio prima vel prenta ad illam acquirendam cognitionem.

**C**Ex dictis sequit̄ doctrinā in pposito non tm extendi ad  
scientiā proprie dictam que sc̄ generat ex premissis simpliciter necessarijs:  
sed etiā ad oēm conclusionis noticiā: sive generet ex necessarijs: sive ex an-  
tecedente probabili: sive persuasio. Et hoc patet ex eo q̄ Christi ut supra dictū  
est. Quam probat conclusionē etiam in scientijs Rhetoricijs: que tñ non sunt  
ex simpliciter necessarijs sed persuasiuis.

**C**Sequit̄ secūdo. **Q** quis primorū principiorū noticia fi-  
at ex preexistenti cognitione suo termino: ramē talis noticia nō dicit do-  
ctrina nec disciplina: q̄r doctrina et disciplina sīm Christi ad discūnt sed primo-  
rum principiorū noticia non ad discūntū nihil adiscūntur nisi dubium  
(ut dicit Linco) de primis vero principijs nō est dubium: nec de eis dubt-  
ari debet cum sint euidētissima.

**C**Ad questionē respondet̄ phisice loquendo. Oīs doctrina  
et oīs disciplina intellectuina: que fit mere naturaliter: fit ex persistenti cogni-  
tione sensitua. Sed logice loquendo fit ex cognitione premissarii. Prima cō-  
clusionis pars probat per Christi 3. de aīa. Operet̄ quēcunq̄ intelligentem  
phantasmata speculari. Et in de sensu et sentito. nihil intellectu nisi prius  
fuerit in sensu ratione tali. Omnis cognitione intellectuina fit ex preexistenti  
cognitione. sed omnis doctrina et omnis disciplina est cognitione intellectuina  
igitur. rē. maior patet dictis auctoritatibus: minor manifesta primo ex no-  
tabili. Secunda cōclusionis pars patet ex demonstrationis diffinitione que  
habetur infra quest. 8. Et probatur tali ratione. Suppositiones sunt causa  
conclusionis. sed premissae habent se ut suppositiones: igitur. rē. maior habe-  
tur. c. Meth. et. 2. Phisi. minor patet ex 1. huius.

**C**Dicitur in cōclusione intellectuina ppter cognitionē sensi-  
tuam exteriorem que nō fit ex alia cognitione. **I**Dicif habita ex sensibili-  
bus ppter scientiā que habet de deo de intelligentijs et de substatijs separa-  
tis: q̄ nō est habita ex sensibilibus ppter neq̄ fit ex persistenti cognitione.

**C**Dicif mere naturaliter ppter scientiā infusam sicut habuerat apostoli.

**C**Ad argumentū primū dicif q̄ deueniendū sit ad cogniti-  
onem sensitua exteriorem que nō presupponit aliam cognitionē. Et uicet de  
deo intelligentijs et substatijs separatis: habeamus scientiā: tamen illa sci-  
entiā nō est habita ex sensibilibus deo nō requiritur: q̄ fiat ex persistenti cog-  
nitione sensitua. ~~et agnoscam ppter quāplam operam~~.

**C**Ad secundū dicif q̄ sit status in primis principijs que sunt per se nota: et  
quis talis noticia acquirat per noticiam incompleta termino: non tamen  
acquiritur per aliquā noticiam complexam preuiam.

E iii

Mōbile. 2.

Preexistēs co-  
gnitio.

Duplex q̄stio-

nis intellectus.

Ex quā dicat cir-  
cūstantiam.

Lōx. 1.

Lōx. 2.

Principia ppter non p-  
Opinatio realis ac ho-  
spit ppter in infinito

Ridetur ad q̄  
sitionem.

Ratione probat

Cōclusionis de  
claratio.

Objectionis fo-  
luntio.

In primis principijs  
est status.

# Liber primus

## Questio tercia.

2. Dupliciter autem oportet percognoscere: quedam enim esse: quedam quid dictu significet: quedam utroque modo aliter percipiamus oportet.

In illis verbis Aristoteles duas cludit esse percognitiones. Quia de aliquibus oportet percognoscere quia sunt iuris modi sunt dignitates. Alta sunt de aliis oportet percognoscere quid est quod dicitur per nomen sicut sunt passiones. Alia vero sunt de quibus oportet percognoscere quid est et quia est. cuiusmodi est conclusionis subjectum ergo tria sunt percognitiones: scilicet quia est et quid est super quae exclusione sequens oritur questio.

C. In due sunt precognitiones scilicet Quia est et Quid est.

Videatur quod non. Quia precognitiones sunt indemonstrabiles: sed Quia est: et Quid est demonstrantur. Igitur maior manifesta minor probatur per Aristotelem. Vbi demonstratur de dignitate Quia est. Et etiam in hoc libro ostendit de subiecto et passione Quid est. Igitur Quia est et Quid est non sunt precognitiones.

In oppositu est Aristoteles (ut supra). Et ideo pro questionis solutione. scilicet non tabilia et unum habet corollarium.

Materialiter siue improprietate: scilicet passione pro re percognita. Et sic premissae syllogismi demonstrativi precognitiones dicuntur.

Precognitiones capitulum duplicitatis.

Formaliter siue proprietas capitulum duplicitatis. scilicet

Large. Pro quaenamque premissa notitia ad habendam exclusionis noticiam registratur hoc sit demonstrative vel dialectica. Et sic non capitur in proposito.

Stricte. Pro noticia intellectuали actualiter vel habitualiter requisita ad habendum scientiam de aliqua exclusione per demonstrationem. Et sic capitur in proposito.

Dignitas capitulum duplicitatis.

Stricte et proprie. Et sic prima principia dicuntur dignitates: quae ob eidem tam ipsorum dignitatem est intellectu eis (sine demonstratione) assentire.

Large et improprietate. Et sic premissae syllogismi demonstrativi dicuntur dignitates: ut in proposito

Subiectum. Est primus exclusionis terminus: de quo aliqua demonstratur passio: ut homo in illa demonstratione. Omne animal rationale est risibilis et omnis homo est animal rationale ergo omnis homo est risibilis.

Passio. Est exclusionis predicatum: quod de subiecto demonstratur: ut terminus risibilis in dicta demonstratione. Capitur in his passione et subiectu large pro terminis conueritibus vel pro invenitibus.

Mobile. 2. Demoni strationes tria ingrediuntur: scilicet.

Hanc demonstrationem prognosticavit quia est et quid est. De passione vero quia est et non quid est. (quod passio est in subiecto et non in deo non prognosticavit quod est.)

## Posteriorum.

Primo. Pro questione que querit passionem suo inesse subiecto: ut patet in questione 1. huius secundi.

Secundo. Pro demonstratione in qua ab effectu ad causam procedit: ut videtur 8. questione 1. huius.

Tertio. Pro precognitione. Et sic caput inposito. Et est duplex: Quia est dignitatis: et Quia est subiecti. Quid vero sit precognoscere Quia est dignitatis: et subiecti habetur infra. 5. notabilis.

Vno modo. Pro questione que querit esse difficultatum rei: ut patet 1. questione 2. huius.

Alio modo. Pro diffinitione Quid nos. Et est oportunitas grammaticalē nō significatio. ut vacuu est locus nō repletus corpore.

Secundo modo: pro diffinitione Quid rei. Et est oportunitas re sive difficultatum in duas causas et sua principia: ut hoc est animal rationale.

Dignitate. Est precognoscere notitiam maioris et minoris aliquius demonstrationis tanquam vere et necessarie.

Subiecto. Est precognoscere notitiam per quam assentit huic propensi. Subiectum exclusionis natum est esse vel possibile est esse.

Mobile. 4.

Junius.

Ta Quid nō sit quod rei est precognitionis.

Notabile 5.

Quia est de

Precognitione vel possit ponere.

Quid est de

Subiecto. Est precognoscere notitiam per quam cognoscit diffinitione subiecti exclusionis: vel quid per nomine subiecti exclusionis fecitur.

Passione. Est precognoscere notitiam per quam cognoscit quid per nomine passionis fecitur.

C Ex dictis corollarie sequit: Quia est: nō precognoscit de passione: quia passio demonstrat suo inesse subiecto: idem vero nō potest demonstrari et precognosci. Sic etiam Quid est: nō precognoscit de dignitate: quia Quid est: est diffinitione: dignitas vero proposito modo propositonis nō est diffinitione: sed solus incompleta (vt. 7. Metaph.) habemus.

Cor.

C Ad questionem respondet. In due sunt precognitiones in generis: sive divisione immediata. Ita exclusione a questionis principio (ex Aristotele sententia) est ostensa: probatur tali ratio divisionis. Quid est: precognitione aut ex parte vocis sumitur. Si ex parte rei sic est precognitione Quia est. Si ex parte vocis sic est precognitione Quid est: rigitur tatum due sunt precognitiones: tenet sequentia per divisionem immediatan et sufficientem.

Rudes ad q̄stio.

¶ Dicitur in coclusione in genere: quia in numero plures et due sunt precognitiones: cum plures et due sint demonstrationes: in omni vero demonstratione due sunt precognitiones.

¶ Dicitur sicut divisione immediata: quod divisione mediatā tres erunt precognitiones sicut tria dicta precognitiones: et dignitatē subiectū et passionem.

E iiii

# Liber primus.

Objectionis solutio.  
Ad argumentum in oppositum dicitur negando minorem.  
Arist. vero non demonstrative sed sola a posteriori rationibus Topicis: et per modum quarudem suppositionum de dignitate quia est. Et de subiecto ac passione quid est ostenditur argumentum non tenet.

## Quest. quarta.

Non enim vnuquodque istorum simili modo nobis est manifestum: sit autem ut cognoscamus: quidam prius cognoscentes.  
¶ Hic Arist. vult quod in quacumque demonstratione premisse ab minus prius natura cognoscantur ipsa conclusio. Quia talis potest assignari ratione, non cuiuslibet demonstrationis premiarum notitia est causa notitia conclusio: sed omnis causa natura prior est suo causato: igitur maior est Arist. i. huius. et Linco dictum quod premiarum notitia conclusionis notitiam gignit. minor habetur. 2. Physico. p. 5. Meth. Et ex his sequens mouetur questio.

Cetera questionem  
objicit.

## V. Cognita maiore et minore simul tempore cognoscatur conclusio.

¶ Videlicet quod non: quia intellectus noster est potentia libera potest in viru-  
o oppositorum: igitur cognitis maiore et minore potest vel non potest con-  
clusionem cognoscere.

¶ In oppositu videtur communis auctorum sententia. Unde pro questione  
Quæsiotum quæritur. Ut sequitur notabilia habes duo. Et prefensi questione loquitur de cognitione  
intellectu. Unde questione tamen querit. Ut habitu assensu majoris et minoris  
simil tempore habeat cognitione assensua conclusionis.

Mobile. 1.

Maior et  
minor possunt  
dupliciter co-  
gnosci.

Secundum inquantum sunt quidam enuntiationes  
et non sunt quod in modo et figura disponuntur. Et sic bene possunt  
cognosci: non cognita conclusio.

Tertium inquantum sunt debite unite et coniuncte  
in modo et figura. Et sic maiore et minore cognitis cum co-  
gnitione bonitatis consequentes simul tempore cognoscitur  
conclusio: dummodo intellectus aduertat circa conclusionem et  
non sit indispositus: neque voluntas eum auertat.

Notabile. 2.

Simultanea  
temporis est du-  
plex: scilicet ad  
combinacionem applicata, simulante  
tate mediationis postpositus genitivo;

Adequationis. Est secundum quam aliqua simul sunt  
adequate in eodem tempore: ita quod in quo cum tempore verum  
est dicere unum est in eodem tempore: verum est dicere aliud est.  
Sic premisse et conclusio simul tempore non cognoscuntur.

Immediationis. Est secundum quam aliqua sic se habent  
quod unum statim sine mediatione sequitur ad aliud. et  
ita est ad propositum. De aliis duabus simultatibus vide in  
postpredicamentis Arist.

## Posteriorum.

213.

**C** Ad questionem responderi potest prout dictum est in primo notabiliter potest tamē (scđm intentionem secūdi notabilis) pro questionis solutione hec ponī conclusio. Cognitis maiore et minore similitate immediationis cognoscitur conclusio. Hec conclusio non est contra terum Arist. supra adductū: stat enim premissas prius natura cognosci et conclusionem et cum hoc simul tempore. Probatur dicta conclusio tali ratione: posita eā sa totali sufficienti: et nō impedita: ponitur et efficitur. Sed cognitio premisarum est causa sufficiēt cognitionis coelationis agitur premissae simul tempore cognoscuntur cum conclusione.

**C** Ad argumentū in oppositū. Dicit q̄ intellectus noster in utrumq; oppositorum posit quo ad suos actus scilicet nolle et velle: sed non quo ad alieniendū vel dissentientē cum naturaliter intellectui sit inditum scire ipsum (vt. i. Meth.) habetur.

**P**redicta. 4. In questione dictū est de premissa, rum et conclusionis scientia: q̄ sez simul tempore acquiratur. ergo videtur q̄ scientia sit indivisibilis. Pro quo incidenter sequens mouet dubium.

**C** Dubitatur. An scientia sit indivisibilis. Videtur q̄ non: quia esset divisibilis extensio. Non primum: quia nihil dividitur extensio quod in subiecto est indivisibili: sed scientia est in subiecto indivisibili. igitur. Neq; secundū: quia scientia est forma simplicitatis autē non habet partes: per eōsequens intensio non est indivisibilis.

**S** In isto dubio relatis (de divisione scientie) opinionibus unum ponitur notabile ante dubij solutionem.

**D**ivisio **E**xtensio. Est que fit in partes magnas et extensiō sicut omne quantū divisione extensio dividitur sicut lignum lapis: et huiusmodi. **I**ntensio. Est que fit in partes graduales: vt omnis qualitas intensibilis et remissibilis potest dividiri inter se in finitam divisione.

Et contra dubium obiectur.

Notabile.

**C** Ad dubiū respondet. Etsi scientia sit indivisibilis extensio est tamen divisibilis intensio. Conclusionis illius prima pars pater ex prima parte argumenti in oppositū. Sed secunda conclusionis pars tali probatur ratione. Scientia (scđm Arist. in fine huius) differt ab opinione penes intensum et remissum: sed omne intensum et remissum habet partes graduales scđm quas dividit: ergo scientia habet partes intensivas graduales scđm quas intensio dividitur.

**C** Ad argumentū in oppositū. Respondetur concedē: do partem primam argumenti. Sed ad secundā partem argumenti dicitur q̄ forma simplex non habeat partes extensivas. vel partes diuersarum rationum: potest tamen bene habere partes intensivas vel eiusdem rationis in quas intensio dividitur.

Objectionis solutio.

**S** in filiis istarum arribant et extensio sumit a subiecto et elongatur. Ita angelus. In aliis dicitur quia est sufficiens alio. Omnes ergo sicut subiecto non elongatur nisi per partes extensivas sumit filios. Propter. p̄. ii. p̄. iii. p̄. iv. Ita dicitur. In aliis maxima sit per sonum vel gravitas alio, et sic de alijs dicitur,

# Liber primus

## Quest. quinta.

Unitatem utroq; modo: et quid significet: et etiam esse.

¶ Arist. vult q; de unitate (tanc; de primo subiecto Arithmetice) oporteat presupponere et non demonstrare. Quia est et quid est agitur in simili de qualibet subiecto videlicet dicendum. Et in pposito non loquimur de subiecto conclusionis de quo. 3. quest. sed loquimur de subiecto attributionis scientie de quo sequens questio intelligentia est.

Subiectum in p  
posito.

Contra questionem  
objicit.

Nobilitas. I.

C V. In omni scientia de subiecto oporteat presupponere

Quia est: et Quid est.

¶ Ideo q; non. Quia Arist. I. Elench. tribus rationibus demonstrat syllogismum sophisticium qui ibide est subiectum per sequentes. Quia est de subiecto non presupponit: nam de subiecto presupponit. Quid est quoniam Arist. in hoc lib. duplice definitione describit demonstrationem que tamen est subiectum huius scientie ut dictum est. 1. quest. ¶ In oppositum videlicet esse Arist. in textu superiori. Et per plenioris questionis intellectu duo sequuntur notabilia.

Scientia  
describitur  
sedm

Aristo. 6. Ethicorum. Est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus. Dicit habitus: per quod habet Arist. dissimilis scientiam habitualis et non actualem. Dicitur per demonstrationem acquisitus: per hoc distinguuntur ab intellectuam intellectus est habitus primorum principiorum: et quidem non per demonstrationem acquisitus.

Scotus et Occam. Est certa cognitio veri et necessarii habens evidentiem ex aliquo prius evidente.

Nobilitas. 2.

Presup/  
ponere de  
subiecto.

Modernos. Est presupponere notitiam propria de est secundo adiacente in qua subiectum attributis subiectivis in scientia liber. Posteriorum presupponit. Quia est de subiecto cum presupponitur illa in demonstrabilis:

Demonstratio est.

Scotistaes. Est presupponere subiecti attributis significati esse ens possibiliter prohibitum quia (scilicet eos) de omni possibili ente possumus habere scientiam: sed de entibus fictis (ut est chimera) non.

Quid est. Est presupponere et non demonstrare quod scilicet subiectum attributis scientiis in pposito presupponere quid est de subiecto scientie posteriorum. Est presupponere quid grammaticaliter scilicet terminus demonstratio.

¶ q; fuit et demonstrat. Ad questionem respondeat. In omni scientia extrema: et aggregata de subiecto oportet presupponere quia est: et quid est. probat conclusio dicto textu Arist. Et tali ratio. Subiectum attributis scientie est quid simplicissimum et notissimum (ut patet ex distinctione eius) sicut non potest demonstrari vel

¶ q; fuit et demonstrat. Quia ergo postea q; est nullius;

## Posteriorum.

214

ad: q: 7: p: 10: ff:

notificari p: aliud in tali sciētia p: sequēs de eo p: supponis Quia est et qd ē.

¶ Dicit in conclusione extrema q: in scientia media nō presupponit Quia est: sed demonstrat de subiecto ut in perspectiva sic argēdo. Si linea visualis extradius visualis est: et linea visualis est. igitur radius visualis est. Et que sciēta dicatur media: et que extrema vide. 7. quest. 2. Phisicorum.

¶ Dicit aggregata ppter scientiā simplicē et etiā ppter diffinitiā: et ppter diuisiū scientiā: q: nulla talis habet subiectū attributiōs. Et sciēta diffinitiū dicit que habet p: diffinitionē. Diuisiū vero que habet per diuisiōnē. Quid aut sit sciēta simplex: quid aggregata: vide. 25. quest. huius primi.

Sciēta diffinitiū.  
Sciēta diuisiū.

¶ Ad argumentū in oppositū: dicit q: Arist demonstrat syllogismū sophisticiū per principia nō p: pria sed alterius sciētiū patet in textu: sed hoc nō est inconveniens nec voluit conclusio q: omnino non possit demonstrari: sed satis est q: nō possit demonstrari in scientia cuius est subiectū. Ad secundā partem argumenti dicit q: de demonstratione debeat presupponi Quid uomis mō aut Quid rei per p: sequens bene posse hic diffinitū.

q: p: p: prob: ar:  
guit,

## Quest. sexta.

Antea vero q: sic inductio vel ratiocinatio facta partim

3.

fortasse dicendum est scire: partim nescire. 2c.

¶ Presenti in textu Arist. vult q: ante q: accipimus conclusiōnē scientiā in p: pria formātū sciebat illa conclusio quodāmodo antea scz in vniuersalitā signorabat tū in p: culari: scz in p: pria formātū em̄ nihil contingit sciri aut scire nō esset nisi reminiscit: sic intellectus nō addisceret aliquid de nouo: sed solū ea que prius nouis: hinc sequens oritur questio.

Cōtra q: stionem  
objicitur.

¶ V. Possibile sit nos aliquid scire de nouo.

¶ Alteratur q: non: quia si intellectus nositer non omnia sciret a principio sue creationis: sequeret q: fuisse creatus imperfectus q: non est probabile.

¶ In oppositū est Arist. sententia et etiā ipsa experientia q: experimur nos multa scire de nouo: ideo p: q: stionis solutiōe de mō sciētiū. 4. sequunt̄ op̄es

Op̄iones de modo sciētiū.

¶ Prima Heracleti q: 4. Her. et. 1. Phisicorum tangit Arist. Dixit em̄ Heracletus ob continuū rerum fluxum ac varietatem nos nihil scire. Sicuti nec dominū contingat capere fugitiū seruum ignotum: huius quoq: opinōnis dicitur fuisse Socrates quem magni plures fecerū sunt academicī. Fertur enim sic arguisse Socrates. Nihil huius mundi inferioris contingit scire ob continua rerum instabilitatē: quia sciēta est de impossibilitate alterius habentibus. Neq: etiam aliquid mōdi superioris scitur: propter magnā a nobis distantiam: sicut neq: scimus ea que sunt in ciuitates a nobis remotissima: ergo non contingit aliquid scire: patet p: sequētia: quia de nullo habetur scientia nisi de ente. Omne aut̄ ens pertinet ad mundū superiorē vel inferiorem. Hec Socrates.

Op̄io. 1. Hera-  
cleti.

Socrates

¶ Secunda Platoniū assertis nos quidem aliquid scire. 2. op̄. Platoniū.

# Liber primus

*Plato imaginabat ut res esset plures. 3. de anima.* **Sed non de novo.** Et quod nostrum scire sit solum antiquorum reminisci. Quoniam Plato imaginabat ut res esset plures. 3. de anima. **Omnium rerum species concreari in anima:** scilicet ob eius unionem ad corpus impediri in suis operationibus: quas postmodum successivae exercet secundum successivam corporis dispositionem factam a sensibilibus per impressionem formarum sensatarum: eo modo quo aer successivae illuminatur per depurationem densitatis factam a calido. **Ande quemadmodum Thagoras de rebus naturalibus philosophatus est:** quod scilicet non contingat aliquid simpliciter generari de novo sed solum nouiter apparere ponens formas latitare in materia que per agens naturae extrahuntur e tenebris in lucem. Ita de rebus intentionibus sensit Plato ponens nihil sciri de novo: sed solum antiquorum reminisci dicens: formas speculativas in intellectu latitare: et per agens sensibile remouens probibens de potentia ad actum reduci.

## Tertia op. Aut.

*Antiqua genitio  
nabat ratione  
omni etiam.*

**C** Tertia Alcennie ut habetur nono sue metaphysice. Asserit quidem nos aliquis scire de novo scilicet non per receptionem a sensibilibus sed a formarum datore quem dicebat esse decimam intelligentiam: scilicet orbem lumen invenientem. Arbitrabatur enim Alcine intellectum agentem quandam esse intelligentiam separatam: habentem influere formas omnes in bec inferiora: agentia autem naturalia (cum eum) solum preparabant materiam sicut sensus et sensibilia non faterent nisi ad dispositionem intellectus possibilis: ut conuerteretur ad agentem ex cuius conuersione ad ipsum influerantur species intelligibles sicut sensitio et omnes intellectuales habitus dependenter effectus ab hac sola intelligentia: licet dispositiue et tanquam a causa sine qua non dependent a sensibilibus.

## Quarta opinio Aristot.

**C** Quarta Aristotelis is enim statuit in nobis scientia contra Heraclatum et Socratem et illam de novo generari contra Platonem. Non quidem ab agente immateriali tantum contra Alcennam. Sed immediate a speciebus inphantasi existentibus a sensibilibus desliris (cum illud. 3. de anima: oportet quemadmodum intelligentemphantasmata speculari. Et in de sensu et sensato. Nihil in intellectu nisi prius in sensu. Nam iuxta Dierrois determinationem. 3. de anima sicuti se habet materia prima in genere formarum speculatiuarum: quemadmodum enim materia est in pura potentia nullam de se habens formam naturalem (ut dicitur. 1. Physicorum ita intellectus humanus (cum philosophum. 3. de anima. Est tanquam tabula rasa in qua nihil est depictum existens scilicet in pura potentia nullam de se habens formam speculatiuam: sed quamlibet recipit ab obiecto intelligibili virtute intellectus agentis: tanquam primam suam perfectionem ad quam natura liter inclinatur (iuxta illud in prologo metaphysices omnes homines natura scire desiderant.

## Rendet ad qstio.

*Ta p viam sensus  
Op p viam intel-  
lect scim mul-  
ta de novo.*

*Scot.lib.1. dis.  
5.q. 4.  
Scire de novo.*

**C** Ad questionem respondetur. Possibile est nos aliquid scire de novo. Hec conclusio probatur auctoritate Christi. hic et ratio tali. Omnes naturaliter scire desiderant: sed naturale desiderium non est omnino frustra rigitur. Scientia est nobis possibile: maior patet ex dictis minor est ex sententiis Arist. 1. celitus commentatoris. 2. Metba. ubi inquit nihil est ociosum in fundamento nature: tamen tale naturale desiderium est respectu rei possibilis quemadmodum est scientia: et cum omne desiderium sit ob carentiam sequitur scientia de novo acquiri probatio longior habet quam quarta opinione. Et scire de novo est assentire conclusioni cui quis antea nunc assensit.

*Canto, possibile est nos aliquid scire et de novo, et per propria exempla, a religio p.m.  
" possibilis,*

# Posteriorum.

215

**C** Ad argumentū in oppositū: dicit nō esse inconveniens. Objectionis se intellectū fuisse imperfectū creatū perfectione accidentali tamē fuit vere crea- lūtio. tū perfectus perfectione essentia.

## Quest. septima.

Scire autem vnamquāq; rem simpliciter sed non ut sophiste per accidentes arbitramur cū causam ob quā res est illius causa esse et fieri nō posse ut res aliter sese habeat cognoscere arbitramur. *Postea* cū subiungit. Et dicim⁹ p demonstrationē etiā scire. *In p̄ti textu Arist.* duas ponit definitiones scire. Prima scire est rem p causam cognoscere et quoniam illius est causa et non contingit aliter se habere. Secunda definitione scire est p demonstrationē intelligere. Prima definitione probat Arist. a signo per omnē oīm estimationē: qz tam sc̄tes qz nō sc̄tes vñatur aliquo modo scire: sed omnes vñi eo modo scire quo definitū est. ergo. *Et* secunda vero definitione scire Arist. insert demonstrationis definitionem. *Ande sup dictis diff.* scire sequens mouetur questio.

4.

1. diff. Scire.

2. diff. Scire.

## C V. Definitiones Scire sunt bone?

*E*videt qz deo habemus scientiā et tu deus nō habet causam: sicut prima definitione nulla. *E*videtur etiā secunda definitione mala: quia nihil vel pa rum intelligimus: ergo nō intelligimus per demonstrationē: aīcedens p̄ba tur quia. *2.* Topicorum dicti: contingit plurimū scire: intelligere vero non. *In oppositū est Arist.* ut supra. *Et p questionis evidētia tria sequētia ha- bens notabilia.*

*Cōtra questionem obijicitur.*

Simpliciter. Quādo cognoscit res in p̄iculari et binā propriam formam. *In genere sunt p̄.*

*Secundum accidentē* sive sophistico mō. *Qz cognoscit res nō in propria forma sed in alio.* Sicut qz cognoscit p̄icularē in vñusali: vel pars in suo totore: vel accidentē in suo subiecto. *Sic etiam conclusio cognoscit in suis premissis.*

*Primum communiter.* Est assentire alicui p̄poni vere nō sit ostendens sive necessaria: ut assensus illius. *Omnis mater diligit filium suum.*

*Secundo pprie.* Est assentire alicui p̄poni vere et necessarie sive hoc sit p demonstrationē sive nō. *Et ita cepit Arist.* in tertio cū dicit: qz premissas necesse sit magis scire p exclusionem.

*Tertio magis pprie.* Est assentire alicui p̄poni vere et necessarie dumō sit p demonstrationē. *Isto mō p̄cipia nō sciuntur:* qz sunt sui ipsius fides. *Et ita caput scire in secunda definitione.*

*Quarto ppriſſime.* Est assentire alicui ppositioni vere et necessarie per demonstrationē propter quid. *Et sic capitulum scire in prima definitione.*

*quādam principia sive cognoscit. si illud notabile est. sive nō.*

*Mōbile. 2.*

*Scire fin.*  
Arist. in tex-  
tu capitulū du-  
pliciter.

*scire a p̄pōi qz  
a posteriori p̄pōi  
affinis, p̄pōi  
et p̄ficiens.*

*Scire*  
capitur  
ātrior  
modis.

*autem qz nō aliqui  
scire sive nō et ratiō  
scire sive nō et omnis  
scire sive numeris et  
quantibus et ceteris  
repetitum et ceteris  
arentia facilius scire  
sunt.*

# Liber primus

Realiter. Scire s. potissime: est rem i. esse  
ctum per causam. s. ppter quā s. causam res est. i. effectus habet esse. Et  
Et qm illius est causa. i. sub habitudine cause. Et nō  
potest aliter se habere. s. in esse speciuoco.

## Prima

Wöbile. 3.

Diffl  
nitio sc  
re intel  
ligitur.

Logicaliter. Scire potissime: est rem i. cō  
clusionē cognoscere. i. assentire pclusioni. Et quoniam  
illius pclusionis est causa. ppter assentum pmissarum  
in quibus ponit nomen cause. Non contingit aliter  
se habere. i. nō est possibile q talis pclusionis sit falsa qn  
cunq apta nata est formari.

Secunda. Scire s. in genere est per demonstrationē  
i. per premissas intelligere. s. pclusionis veritatē. Et sic etiā de deo  
multa scimus: vt patet. 8. Ioh. 7. 12. Meth.

Adūt ad qst.

Scire potissime.  
Scire nō potissime.

Objectionis so  
luto.

Ad questionē respondet. Difinitiōes scire (vt dictū est)  
intellecte sunt bone. Hec pclusionis est de mente Christi. qm fīm cōmūnem omni  
um doctrinā. Scire est effectū per causas cognoscere et hoc quidē scire po  
tissime. Sed scire nō potissime est causam per effectum cognoscere. Et bonū  
dicta in conclusione dicit bonitatem sufficientē vt sensus sit. Difinitiones  
scire sunt bone. i. sufficiētes. Et hoc est verum vt patet ex ppositionibꝫ bone  
dissinitionis que. i. Topicoꝫ enumerant.

Ad argumentū quo ad partē primā dicit: deum nō habe  
re causam capiēdo causam proprietatis habet tamē deus causam capiēdo causas  
pro medio exprimētē aliqā difinitionē. Sed ad partem secundā argumentū  
dicit ad auctoritatē eam sic intelligendā. Cōtingit plurimū scire. s. confuse.  
Intelligere vero nō. i. distincte hoc voluit Christus. dicta auctoritate.

## Quest. octaua.

5. Demonstrationē autem dico ratiocinationē eam que scilicet  
entiam efficit: deinde subiungit. Si igitur ipsum Scire tale est  
quale posuimus necesse est et demonstratiā scientiā ex ve  
ris: et primis mediog̃ vacantibus: et ex notioribꝫ: et prioribꝫ  
bus ipsa conclusionē causisq eiusdem esse.

Hic in secunda parte. 2. cap. Christ. duas demonstrationis difinitiōes ponit.  
Solemus tamē cōmūniter non fīm hanc nouā sed fīm antiquā tralationem  
demonstrationis difinitiōes formare. Et primā sic. Demōstratio est syllogis  
mus apodidicon. i. faciens scire. Secunda difinitio. Demōstratio est ex ve  
ris et primis et necessarijs et immediatis et notioribꝫ et prioribꝫ et causis  
pclusionis. Et prima difinitio datur de demonstratione ostensiua. Secunda  
datur de demonstratione ostensiua et propter Quid: vt inservias videbitur.

Prima Difinitio. Demonstratiōe prālia est primitū sui sui demonstratione ostensi  
fīs s. ppter qd fīs qd est. qdlibet sui talis fīs. et ppter qd fīs  
golūpian. s. s. et demonstratio. Qad et Difinitio Demonstratiōe ppter qd  
golūpian. s. s. et Demonstratio. qd fīs potissimum fīs sui fīs ppter qd et se campi  
s. s. s. et Demonstratiōe fīs qd qd. et qd.

Dissimilis formalis ut et propositio quo dissimilis male demonstratur de dissimilitate,

## Posteriorum.

216.

Unde et sequens mouentur questio.

### C. V. Demonstrationis dissimilares sunt bone.

¶ Avidetur quod non quia primo demonstratio dissimilatur per scire: et superius sci-  
re dissimilatum est per demonstrationem: sic comittitur circulatio que in dis-  
similitudinibus et demonstrationibus (ut vult Arist. in hoc primo) est prohibita.  
Etiam in secunda dissimilitute male dicitur causis conclusionis quam demon-  
stratio. Quia est: est bona demonstratio et tamen non procedit ex causis sed esse  
cibus: per consequens secunda dissimilitudo insufficiens.

¶ In oppositum. Est Arist. ut dictum est. Et pro maiori questionis evidencia  
duo sequuntur notabilia.

¶ Cetera questionem  
objicit.

Iam demonstratio singula  
ad rationem non datur,  
principio syllogismi hinc  
datur in Iam demonstratio  
quae est.

Iam demonstratio singula  
ad rationem non datur,  
et ratione, ut  
enim homo potest  
se non a formae  
